Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-752824-p0001-8

V, 82.
2.417a




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-752824-p0002-4

# CVRIAM
# REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
# HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XXV

---

VT
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
DOMINI
## FRIDERICI. CHRISTIANI
MARGGRAFII. BRANDENBVRGI. DVCIS. PRVSSIAE
RELIQVA
PATRIS. PATRIAE. LONGE. CLEMENTISSIMI
## GEMINVM NOMINALE
PARTIM. PRAETERITVM. PARTIM. FVTVRVM
D. XIIII. MARTII. CIƆIƆCCLXIIII
*IN. CVRIANO*
DEBITA. PIETATE. CELEBRANDVM
PROCERIBVS. CIVIBVS
QVA. DECET. OBSERVANTIA
INDICERET
ISTIVS. RECTOR
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

*CVRIAE. REGNITIANAE*
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII
GYMN. TYP

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-752824-p0003-9

## Interſectio II.

## QVI HERMVNDVRORVM TERRAE *FINES CIVILES?*

### Particula VIII.

### Index dictorum.

§. XXIII. Ab ALEMANNIS?

### §. XXIII.

Num vero HERMVNDVRORVM quoque confines 1.) ALAMANNI, 2) qui nunc ALAMANI, 3.) nunc ALEMANNI, 4.) nunc ἈΛΕΜΑΝΟΊ, 5.) nunc ἈΛΑΜΑΝΟΊ, 6.) nunc ἈΛΑΜΒΑΝΟΊ? 7.) Non

1.) In quibus retulerunt Cluuerius in German. Antiq. Lib. III. Cap. IIII. et Gulerus in Rhaetia Lib. IIII. p. 40.

2.) Eutropii in Breuiar. Roman. Hiſt. Lib. VIIII. Cap. VI. n. 8. ſiue Cap. VIII. item Cap. XV. n. 2. ſiue Cap. XXIII. vt et Lib. X. Cap. II. n. 9. ſiue Cap. III. atque Cap. VII. n. 5. ſiue Cap. XIIII. Ammiani Marcellini Rer. Geſt. Lib. XIIII Cap. X. Lib. XVI. Cap. XII. Lib. XVII. Cap. II. VI. et X. Lib. XXI. Cap. III. et V. Lib. XXVI. Cap. IIII. et V. Lib. XXVII. Cap. I. II. et X. Lib. XXVIII. Cap. II. et V. Lib XXVIIII. Cap. IIII. Mamertini Paneg. Geneth. Maxim. Cap. XVII. n. 1. et Paneg. Iulian Cap. VI. n. 2. Eumenii Paneg. Conſtantii Cap. II. n. 1. Cap. X. n. 4. Nazarii Paneg. Conſtantini Cap. XVIII. n. 1. Aethici Cosmograph. Melae Gronouiani ſuffixae p. 716. lapidis in Gruterianis p. CLX. n. 4. ter iſtud exhibentis. Eam vero ſcripturam in libris frequentiorem eſſe, docuit iam Cellarius in Orthograph. Latin. v. *Alamannia*.

3.) Geographi Rauennatis Lib. IIII. Cap. XXIIII. et XXVI. et marmoris in Gruteri Theſ. Inſcript. p. CLIX. n. 7. vnde Claudiani de Laudib. Stilic. Lib. I. vs. 234. *Alamania*.

4.) Aurelii Victoris Epit. Cap. XXXIIII. n. 2. Cap. XXXXI n. 3. Cap. XXXXII. n. 14. Cap. XXXXVII. n. 2. de Caeſar. Cap. XXI. n. 2. Cap. XXV. n. 2. Vopiſci in Probo Cap. XII. et in Proculo Cap. XIII. Aelii Spartiani in Caracalla Cap. X. Iornandis de Reb. Getic Cap. LIIII. Adde Hieronymum in Vita Hilarionis.

5.) Agathiae de Bell. Ital. contra Gothos Lib. I. p. 17.

6.) Euſtathii ad Dionyſii Οἰκουμένην Περιήγησιν vs. 285. Eutropii Metaphraſt. Paeani in locis paullo ante n. 2. nominatis, Zoſimi Ἱστορ. Lib. I. Cap. XXXXVIIII. n. 1. et Lib. III.

Non erit, quod reſpondeas, ſi tibi de iis nil conſtat, praeter quam quod nomen ſuum nacti ſint ex *al* et *man*, ſiue quia ad vnum *omnes* ſe ſe praeſtiterint *viros* 8.) prae reliquis Germanorum, 9) ſiue quia *variarum nationum* 10.) et *hominum*, 11.) ξυνήλιδες ἄνθρωποι καὶ μιγά-



Cap. I. n. 2. Stephani περὶ Πολέων h. v.

7.) Dionis in Excerptis Valeſianis.

8.) Ex decreto Auentini in Annal. Boior. Lib. II. Cap. XXXVIII. n. 11. Vrſtiſii in Chron. Baſil. Lib. II. Cap. II. Beati Rhenani de Reb. Germ. Lib. I. p. 40. non reprobato a Cluuerio in German. Antiq. Lib. III. Cap. IIII. Schottelio de Ling. German. Lib. II. Cap. VIII. p. 290. Henniſchio in Theſ. Ling. et Sapient. Germ. Part. I. In Analect. ad Hiſt. Crit. Ling. German. Lipſienſ. Societat. Teuton. Part. IIII. p. 588. Dithmaro ad Tacit. German. Cap. XXVIIII. n. 8. Brechenmachero in Notit. Sueu. Antiq. §. LXXXIIII. n. 9. in Wegelini Theſ. Rer. Sueuicar. Vol. I. p. 155. Mellino in Antiq. Lac. Bodam. Cap. IIII. §. V. in iisdem Wegelini p. 320. aeque ac Cel. Schoepfelino in Alemann. Antiq. p. 5. ſeq. et in iisdem Sueuicar. Rer. Script. p. 39. ſecus ac viſum Abelio, qui in Antiq. Teuton. Cap. II. §. XXI. p. 403. id vt a ſciolo profectum exſibilat.

9.) Atqui tales ſe praeſtabant Germanorum priſcorum plerique omnes, ſi repetas, quae iam ſupra Cap. II. Sect. I. Int. II. §. VI. adtuli. Et Dionyſio Οἰκουμ. Περιηγήσ. vs. 285. Φῦλα ἀρειμανέων Γερμανῶν. Vnde Seneca de Ira Lib. I. Cap. XI. *Quid* Germanis animoſius? *Quid* ad incurſum acrius? *Quid* armorum cupidius? quibus innaſcuntur innutriunturque, quorum vna illis cura eſt alia negligentibus. *Quid* induratius ad patientiam?

10.) Vt viſi fuerunt Althamero et Willichio ad Tacit. Germ. Cap. II. n. 6. Dithmaro ad eiusdem Cap. XXVIIII. n. 8. et Cap. XXXV. n. 1. Glareano ad Eutrop. Lib. VIIII. Cap. VIII. Guillimanno in Heluet. Cap. III. n. 16. Cluuerio in German. Antiq. Lib. I. Cap. VIII. Lib. III. Cap. IIII. Lacarrio de Colon. Gall. Lib. I. Cap. III. Schookio in Hiſt. March. Lib. II. Cap. XI. in Script. Rer. March. Brandenb. Tom. I. Part. I. p. 81. Schottelio de Ling. German. Lib. II. Cap. VIII. p. 290. Hertio in Notit. Vet. German. Pop. Part. III. Cap. I. §. II. Brechenmachero in Notit. Sueu. Antiq. §. LXXXIIII. paullo ante citato.

11.) Ex ſententia Berkelii ad Stephanum περὶ Πολέων p. 90. n. 95. et Wachteri in Orig. Alemann. §. III. Plura hanc in rem protuli ſupra Cap. II. Sect. II. Interſ. II. Part. III. §. III.

δεις, 12.) ſiue quia *aliunde eo delati.* 13.) Nec iuuabit alia 14.) recenſere, in quibus abundauit quorumdam ingenium. Iam vero adſueuerunt pleraeque, quod conſtat, nationes Germaniae priſcae a fluuiis, quibus accolebant, dici. 15.) Fuit autem a Carolo magno, quippe quem foſſa perducta Radantiae committere adgresſus eſt irrito succesſu, 16.) nobilitatus *Almona*, 17.) *Alcmona*, 18.) *Alchmona*,

12.) Quae Agathiae Lib. I. p. 17. notati Ludewigio in Hiſt. Imper. Illuſtrat. Iur. p. 9. eiusdemque Vit. Iuſtinian. M. Cap. VIII. §. CXVI. n. 625. p. 501. repetito a Conſultisſ. Woelkero in Singul. Norimberg. Part. II. p. 19.

13.) Boxhornii in Vocab. Antiq. Britann. denuo in ſcenam producti adoptatique a Wachtero tum in Orig. Alemann. §. VIII. et in Wegeliniano Theſ. Vol. I. p. 11. tum in Glosſ. German. v. *Alemanni* Part. I. p. 30. cui ſuffragatus eſt Comes de Bunau in Teuton. Imperat. et Imper. Hiſt. Tom. I. p. 341.

14.) Quae conſpicienda praebuerunt Beatus Rhenanus de Reb. German. Lib. I. p. 39. ſeq. Schookius in Hiſt. March. Lib. II. § XI. antea n. 10. nominatus, Brechenmacherus ibidem laudatus §. LXXXIII. et ſq. p. 153. ſeqq. et Conſultisſ. Woelkerus n. 12. excitatus, a quibus, qui mos viri fuit, alia excogitauit de Ludewig in Vit. Iuſtiniani M. Cap. VIII. §. CXVI. n 625. ALEMANNOS faciens *ſeniores, dominos, patres familias, nobiles.*

15.) Quarum indicem dedi nuper §. XVIIII. haud exilem.

16.) Id tradiderunt teſtes locupletisſimi Poeta Saxo in Annal. de Geſt. Caroli M. Lib. II. ad ann. IↃCCLXXXXIII. in Boecleri Rer. Germ. Vol. Lib. III. p. 19. et Leibnitii Script. Brunsuic. Tom. I. p. 143. Ademarus in Annal. Carol. ad ann. eumdem in Reuberi Script. Rer. German. p. 29. Eginhardus in Annal. Car. M. Abbas Vrsbergenſis in Chron. p. 106. Annales Francorum Fuldenſes ad ann. IↃCCLXXXXIII. Chronicon Laureshemenſ. p. 87. Auentinus in Annal. Boior. Lib. IIII. Cap. V. §. 1. Hofmannus in Annal. Bambergenſ. Epiſcop. Lib. I. p. 4. in Ludewigii Script. Rer. Epiſc. Bamb. Vol. I. p. 4. Peculiarem operam huic rei praeſtarunt Doederlinus de Carolo M. Almoni et Razae beneficio Danubium et Rhenum iuncturo Weisſenburgi 1705. atque Zipſelius de Danubii et Rheni coniunctione Ratisbonae 1726. poſt quos Eckhartus in Comment. de Reb. Franc. Orient. Lib. XXV. §. LV.

17.) Poetae Saxonis iam excitati,

*mona*, 19.) *Alemona*, 20.) *Alemonon*, 21.) *Almonus*, 22.) *Almonia*, 23.) *Altmona*, 24.) *Altman*, 25.) *Alimonia*, 26.) *Alimonius*, 27.) *Alemannus*, 28.) et capite praeſciſo 29.) *Lemannus* 30.) inuita Miner-



18.) Vt ſcribitur in calce paginae ab Leibnitio editi Poetae modo nominati.

19.) In Pezii Theſaur. Anecdot. Tom. I. Part. III. p. 92.

20.) In Annal. Francorum Fuldenſibus ad ann. IↃCCLXXXXIII.

21.) Reginonis in Chron. ad ann. IↃCCLXXXXIII. in Piſtorii Script. German. Tom. I. p. 47. nouiſsime typis deſcripti.

22.) Ademarus et Eginhardus ſupra n. 16. inducti id habent.

23.) Hofmanni ibidem producti, cui et §. III. ita ſcribitur.

24.) Abbatis Vrsbergenſis n. 16. laudati.

25.) Auentini in Nomenclatura quorumdam propriorum Germanorum Nominum h. v.

26.) Eiusdem v. *Alman.*

27.) Itidem.

28. Auentini numero 16. excitati vt et Munſteri in German. Deſcript. Schardianae Collectioni inſerti Tom. I. p. 493. item Adpendicis ad Meriani Topograph. Francon. p. 31.

29.) Vt puto, ab librario ſciolo, quo hominum genere nominibus, quae Grammaticis adpellantur propria, nihil peſtilentius, quippe qui nulla habita ratione tollunt, vrunt, ſecant, frangunt, quod ipſis non dolet. Iſti, vt opinor, *Lemannus lacus* notior erat ex Caeſaris Comment. de Bell. Gall. Lib. I. Cap. II. n. 3. Cap. VIII. n. 1. Lib. III. Cap. I. n. 1. Melae de Sit. Orb. Lib. II. Cap. V. pr. Plinii Hiſt. Natur. Lib. III. Cap. IIII. Ptolemaei Γεωγραφ. Ὑφηγήσ. Lib. II. Cap. V. Lucani Pharſal. Lib. I. vs. 396. Vibio Sequeſtri de Fluuiis, qui ſatis tuentur Cellarium ei lacui locum ſuum in Gallicae Narbonenſis, Lugdunenſis et Aquitaniae mappa ſuae Notitiae Orbis Antiqui p. 129. inſerta adſignantem, nec ſolum modo adſignantem, ſed et Lib. II. Cap. II. §. XXII. docentem. Id igitur in Cellario, cui iſtorum arcanorum vix quidquam absconditum, qui deſiderare potuerit Iunkerus in Introduct. ad Geogr. Med. Aeu. Part. II. Cap. III. §. II. p. 155. quaſi iſti orbis antiqui conditori plane nullus illorum teſtium obuerſauerit, vt *Lemannum* lacum inde plane ageret extorrem non niſi in medio exiſtentem, neſcio qui factum, iuſto iudicio damnatus a Spenero in Notit. German. Antiqu. Lib. IIII. Cap. II. §. XII. ſigno (x) p. 177.

30.) Talem praeſtant optimi quique libri illum lacum *Lemannum*, quem ad modum ego ipſe in per-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-752824-p0007-2

ua. 31.) Recentiorum 32.) *Almonis*, *Almonius*, *Almo*, et, quae noſtratium adpellationi propiora, *Altimonia*, *Altimula*, *Altimylaue* me non morantur, nec inueſtigabo *Alking*, quo modo cuidam 33.) audiit. Sufficit noſſe, his nominibus circumferri fluuium Franconiae haud ignobilem *Almül* ſiue *Altmühl*.

* * *

Quae de ALEMANNIS reſtant, in hac tabula praeſtare impedior, quippe cuius extremum indicet ad res ſacras olim faciendas ſe accingentium par noſtrum. Id hac tenus octo annis et, quod excurrit, ſolide coepiſſe abſoluturosque eſſe, non erit, quod querantur, ſi voti damnentur, quod hinc migrantes nuncupant pro SERENISSIMO FRIDERICO CHRISTIANO Sionis aeque ac Parnaſſi tutela propenſiſſima.

CHRI-

multis Lucani et Caeſaris deprehendi.

31.) Iſidoro hoc fert acceptum Spenerus ille Lib. II. Cap. II. §. II. obſeruationis (e) principio. In Iſidori Orig. Lib. VIIII. Cap. II. p. 1006. inter Auctores Latinae Linguae a Dionyſ. Gothofredo collectos verba cohaerent ita: *Populi habitantes iuxta* Lemanum *fluuium* Alemani *vocantur*, quae emendauit Pontanus in Orig. Francic. Lib. II. Cap. II. *Alemannum* pro iſto *Lemanum* ſubſtituens. Felix tamen Fabri in Hiſt. Sueu. Lib. I. Cap. V. apud Goldaſtum de Reb. Sueu. p. 30. *vbi fluuius ille ſit, vel in qua parte, inuenire non potuit.*

32.) Quorum capita Gretſerus in Comment. de Eccleſ. Eyſtett. Diuis Tutelaribus p. 87. 237. 239. 285. Merianus in Topogr. Francon. p. 9. 57. et Adpend. p. 31. de Falkenſtein in Antiquit. et Memorabil. Nordgau. Vet. Tom. I. Cap. V. §. VI. p. 142. ſeq. Cel. Drummelius in Lex. Hydrograph. German. p. 33. Ill. Stieberus in Hydrograph. Onoldin. p. 7.

33.) Cui enim ita audiit, Waegmannus in Sciagraphiae libelli Druidenſus am Haynenkam et Altmuhl Onoltsbaci anno CIↃIↃCCXII. typis vulgatae iam quidem rariſſimae Cap. III. §. 51. p. 21. id docere promiſit, cui autem propoſito fuit immortuus, nec, qui coeptam telam pertexeret, adhuc inuentus fuit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-752824-p0008-7

CHRISTOPHORVS MICHAEL POVENTIVS Selba ad tertium lapidem ſito oppidulo traductus ex patria in noſtrae ſcholae claſsem tertiam a patre Martino ciue cudendarum ſerarum bene perito. Pertinax induſtria adoleſcenti, cui aurora amica, inſtruebat iter ad altiora, quibus perſonat ſuperius athenaeum. Hic generoſi equi ad inſtar carceres circum clamore fremens non potuit cohiberi, quin iam quarto menſe emiſsus exſequeretur *commoda regiminis quo diuturnioris eo ſalubrioris*. Neruos non remittere, loquebatur *ſapientia diuini numinis pacem differendo* probata, tum SERENISSIMO FRIDERICO iam eius Coniugi Dulciſsimae SERENISSIMAE SOPHIAE CAROLINAE MARIAE natalem gratulaturus publice, Latii, qui ipſi acceptior, ornatu vt illa priora. Vt tamen adpareat, aliarum gentium ei non omnino ſordere, nunc demum Graeco enumerabit *varia ſummorum quorumque ſapientium antiquisſimi aeui oracula*, vt edat ſpecimen, quantam in voluendo reuoluendoque Diogene Laertio meo me cum per biennium poſuerit operam. In illis tamen omnibus palmam feret iſtud *noſce te ipſum* Graeca cum Francogallia veſte permutata.

IOANNES GEORGIVS ALBERTVS CAROLVS BAVMANNVS acceſsit ex Ludouicopolitana in ipſo Thuringiae limine ſchola, cuius praeceptorem et Cantorem induſtrium agit parens Ioannes Martinus artis ſuae bene gnarus. Ad Curiani doctorem nullum non adtentus eidemque dicto ſemper audiens euaſit irritamenta malorum vitae integer, vt et in ſuperiori auditorio ſupra tres annos omne tulerit punctum. In publicum prodiit ſemel *Martinalium* anni CIƆIƆCCLXI. *agendorum rationibus petitis ex Graeciae exemplo ludos annuos in memoriam mire paucitate ſua excusſi Perſici, quod imminebat, iugi proelio ad Plataeas inſtituentis:* iterum anno poſt *votis conceptis* pro FRIDERICO BENIGNISSIMO *eheu vltimis!* tertium hebdomadibus vix tribus interpoſitis reculturus de more memoriam *Curiani inaugurati, cur id in pentecoſtalibus fiat.* Non ergo contentus, vt ſcholaſtica lege, quam ſibi plerique noſtratium fixerunt, poſceretur tertium, iam, cuius in noſtris vix exemplum, quartum, *neceſse eſſe, vti academiam meditans ſe ipſum noſcat*

canet,

canet, cuius venam non paſſus eſt intercipi, carmine Germanico, quod cum Latino frequenter alternauit, vt et iſta ſupra memorata vota concepit Maroniano, in exſequendis propoſitis plerumque omnium primus.

Hanc bigam numis orbam, quibus datum eſt, de meliori commendare et debui, id enim gymnaſii leges antiquiſſimae plane mandarunt Rectori, et volui pro arctiſſima neceſſitate, quae mihi intercedit cum alumneo, cuius cura ad modum premor hac difficili tempeſtate. Diſcedant autem teſtes animi mei iam per annos vndetriginta et amplius conſtantiſſime ſeruati deuotiſſimi in *Auguſtam domum Brandenburgicam, cui cum Boica negotii quo plus retro annorum eo frequentius,* quod in memoriam reuocare praebent anſam literae Illuſtris Academiae Scientiarum Boicae a SERENISSIMO S. R. I. NOVEMVIRO MAXIMILIANO IOSEPHO BAVARIAE DVCE PRVDENTISSIMO recens conditae a. d. VIII. idus Februarias datae et ab Excellentiſſimo ac Perilluſtri de Weitershauſen Curianae prouinciae Praeſide Grauiſſimo a. d. XIIII. calendas Martias redditae gratiam acturum ſubmonentes, vt Deum precetur, quo iſtum HERCVLEM BOICVM MVSAGETAM, quod meretur, ſinat proxime inſtantem XXVIII. die Martii obire ſaluum fortemque ſollennia natalicia multisque annis.

Yb 4473

KD 78

ULB Halle 3
006 302 904

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-752824-p0011-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-752824-p0012-9

# CVRIAM
# REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
# HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XXV

---

VT
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
DOMINI
## FRIDERICI. CHRISTIANI
MARGGRAFII. BRANDENBVRGI. DVCIS. PRVSSIAE
RELIQVA
PATRIS. PATRIAE. LONGE. CLEMENTISSIMI
## GEMINVM NOMINALE
PARTIM. PRAETERITVM. PARTIM. FVTVRVM
D. XIIII. MARTII. CIƆIƆCCLXIII
*IN. CVRIANO*
DEBITA. PIETATE. CELEBRANDVM
PROCERIBVS. CIVIBVS
QVA. DECET. OBSERVANTIA
INDICERET
ISTIVS. RECTOR
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

*CVRIAE. REGNITIANAE*
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII
GYMN. TYP

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-752824-p0013-5